



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De tempore: & quòd tempus redimentum sit: atque omnia suo tempore &
dicenda & facienda sint. cap. Ixix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A tate mortem sibi accersuerunt. Sin autem repente fera irruat, atque hominem discerpatur, tum vero ille martyrico mortis genere obierit. Atque id perinde locum habet, siue quis in mari siue in terra moriatur.

De detractio: & quod detractio sit falsus sermo aduersus aliquem prolatu.

C A P. LXVIII.

B **O**CVTA est Maria & Aaron contra Moysen propter uxorem eius Aethiopissam, & dixerunt, Num per solum Moysen locutus est Dominus? Nonne & nobis similiter est locutus? Et dixit Dominus ad eos: Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ei, & palam, & non per enigmata & figuratas Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Iratusque contra eos abiit. Et ecce Maria abiit candens lepra quasi nix.

Muta fiant labia dolosa, quae loquuntur aduersus iustum iniquitatem, &c. *psal. 30.*

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuae poneras scandalum. Et male locuti sunt de Deo: & dixerunt, &c. Detrahen-*77. 100.* tem secreto proximo suo, hunc persequebar. Qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

Detractio noli amare: ne de medio tollaris.

Custodite vos a murmuratione que nihil prodest, & a detractio: parcite lingua: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit.

Nolite detrahere alterutrum, fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Vnus enim est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare.

Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suae, effodian*pro. 30.* tum corui de torrentibus, & comedant eum filii aquilae.

D **D**etractio est aduersus fratrem absentem, obtrectandi ipsi studio, aliquid dicere: etiam Basil. si alioquin verum sit quod dicitur.

Si quis maledicit te petat, siquidem vera dicit, fac te corrigit. Sin autem falsa sunt que chrys. tibi obiicit, cum irride. Si tibi conscius es vera esse, que in te coniicit, da opera ut te emendes: sin autem nil tale in te agnoscis, non est quod conuicius ipsius commouearis.

Eos, qui nobis obtrectant, tum demum contempnere oportet, cum nullas ipsis maledicendi ansas porrigimus. Quin potius ne tum quidem: verum cum ipsis ora obstruere possumus. Cum autem a nobis id totum proficiuntur, in caput nostrum ignis omnino vertitur.

Non ideo duntaxat, qui aliis obtrectant, verum etiam illi, qui causas atque occasiones obtrectandi temere prebent, suppicio ei, quod maledicentiæ constitutum est, obnoxij sunt.

E **Q**ui alium malo aliquo multaret vult, prius scipsum ita mulcat. *Didym.* Satis tibi est vinum bibere, & carnes comedere, quam per obtrectationem fraternalis *serum.* carnes deuorare.

*De tempore: & quod tempus redimendum sit: atque omnia suo tempore
& dicenda & facienda sint.*

C A P. LXIX.

F **M**NIA tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub celo. Tempus *Eccles. 3d.* nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus cuelendi quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus edificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi.

R iiij

D. IOANN. DAMASCENI

di. Tempus plangendi, & tempus saltandi. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tempus acquirendi, & tempus perdendi. Tempus custodiendi, & tempus abiicendi. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tempus dilectionis, & tempus odij. Tempus belli, & tempus pacis.

oſſe. 10. Arastis impietatem, & iniuriam messuistis.

Eſa. 50. Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt sciā quando oporteat proferre sermonem.

Ecli. 4. Conserua tempus, & deuita à malo: & ne intempestiuè doctrinam ostētes. Ne retineas verbum in tempore salutis. Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo.

Ephes. 5. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Videte quomodo ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, redimentes tempus, quoniā dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.

Coloff. 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt: tempus redimentes. Sermo vester semper in gratia sale conditus sit: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.

Naz. O- *Quandiu* vehemens eft desiderium, arripe quod cupis. *Quandiu* calet ferrum, asperfa
rat. de frigida temperetur: ne quid interea accidat, quod cupiditatem infringat.

sanct. Pa- Duntaxat libere loqui, cuiuslibet etiam è vulgo sèpè eft: at verò commode ac consentaneo tempore, & ea, qua conuenit, moderatione ac prudenter libertatem sermonis adhibere, eiusmodi eft, vt magnam admodum & admirabili quadam virtute præditam animam H desidereret.

Euagr. Praefat lapidem fruſtrā proiicere, quam verbum.

Philo. Loquere quæ oportet, & cùm oportet: & quæ non oportet, non audies.
Tempori parcere præclarum eft.

De adulatoribus & parasitis, ac scurris: & quod eos fugere oporteat.

C A P. L X X .

Pſal. 52. OMINVS dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent. Quasi per risum stultus operatur mala.

Prou. 10. Verba astutorum mollia: ipsa autem feriunt interiora ventris. Sapientes & prudentes malos vocant: qui autem dulces sunt in sermone, amplius audiuntur. Multi ori regum blandiuntur.

Ecls. 7. Melior eft ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Ibid. Sicut sonitus spinarum ardentiū sub olla: sic risus stulti.

Eſa. 3. Qui vos beatos dicunt, ipſi vos seducunt, & semitam pedum vestrorum conturbant. Et erunt qui beatificant populum istum, seducētes, & qui beatificantur, præcipitati. Et disperdet Dominus ab Iſraēl caput & caudam, paruum & magnum in die vna, & eos qui personas admirantur.

Ezech. 13. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas, mentientes populo meo credenti mendaciis.

Hiere. 38. Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui: demerserunt in cenno, & in lufſico pedes tuos.

Ecli. 37. Qui sophistice loquitur, odibilis eft: in omni re defraudabitur. Non eft enim illi data à Domino gratia.

Gal. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non eſsem.

Luc. 6. Væ yobis qui nunc ridetis: quia plorabitis.

Iude. 1. Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes: & os eorum loquitur superbiam, & mirantes personas quæſtus gratia.

Affen-